



Ruperti Abbatiss Tvitiensis, Summi Disertissimi Theologi, sacris dumtaxat literis omnia probantis, in XII. prophetas minores, Commentariorum Libri XXXII

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Cap. V. Audite hoc sacerdotes [et] attendite domus Israhel [et] domus
regis auscultate, quia vobis iudicium est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. II.

Agnus.
Psal. 48.

captiuitate latitudinis terrae dispergetur, ibique multo tempore morabuntur. Agnus namque hoc loco non simplicitate commendat, sed uilitate insinuat, ut illic. Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos. Itaque iam tertio iudicauit populum contradicte derelinqui, prius dicendo, Veritamen unusquisque non iudicet & non arguatur uir. Et deinde, Non uisitabo super filias uestras cum fuerint fornicatae, & super spousas uestras cum adulterauerint. Et nunc dicendo, Particeps idolorum. Effraim, dimitte eum. Iam ante diximus Apulum loquentem de gentibus itidem secundum hunc sensum tertio dixisse, tradidit illos deus, uidelicet in desideria cordis eorum, in immunditiam in passiones ignominiae, in reprobum sensum, ut faciat ea quae non conueniunt: Ac pinde tradi hoc esse dimitti uel non argui, eo quod contradicte sint. ¶ Ad haec & illud solerter intuentum, quia quam Apulus in Gentibus denotauit superbia, cuius poena est passiva turpitudine libidinis, dicendo, sed euauerunt in cogitationibus suis: dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Eadem & hic de notat in Iudaeis siue Israelitis, dicendo. Ligauit eum spiritus in alis suis. Per alas quippe superbia siue mentis elatio designat, propter quam daemones quique interdum in scripturis per uolucres intelliguntur, ut illic. Et aliud cecidit secus uiam, & conculcatus est, & uolucres caeli comederunt illud. Spiritus ergo utique fornicationis, ut supra dixit, spiritus enim fornicationis decepit eos, ipse ligauit eum in alis suis. i. iccirco comprehendit eum, & passionibus ignominiae subdidit, quia per superbia se extulit, & euauit in cogitationibus suis. Illo spiritu ligare, confunde ait, uidelicet confusione passionum ignominiae, in operatione turpitudinis, & hoc a sacrificiis suis. i. iccirco, quia deum uiuam & uerum dereliquit & daemones sacrificauit in uitalis aureis, & in Baal, quae terisque deorum portetis. Confusione ista mors consequitur, de qua idem Apulus loco saepe dicto loquitur. Qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: non solum quae faciunt, sed etiam quae consentiunt facientibus. Igitur ubi Apulus immunditias siue contumelias & passiones ignominiae, quas gentiles operati sunt, commemorauit. Ex isto maxime propheta manifestum atque probabile est, quod uere, quod constat: conuersus ad Iudaeum gentiles iudicare atque despiciere dixerit, ut supra iam meminimus. Propter quod inexcusabilis es o homo ois qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemas. Eadem enim agis quae iudicas. Sequitur ibidem protinus. Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum ueritatem in eos quae talia agunt. Quod aliud propheta hic praesenti loco subiungit: Ait enim. **Laudite hoc sacerdotes et attendite domus Israel et domus regis auscultate, quia uobis iudicium est.** ¶ **Vobis** (inquit) iudicium est, subauditur (ut Apulus ait) secundum ueritatem, id est absque distinctione personarum. Nam iccirco & sacerdotes & domus Israel, id est populum & domum regis, i. principes, ad audiendum & attendendum atque auscultandum inuitauit, quia cum oibus ita dirigitur ueritas iudicij, ut neque sacerdotibus canis, neque popularibus siue adolecentulae aetate, neque principum solus parcat aut reuerentiam exhibeat seueritas iudicantis. Eadem considerata ueritate iudicij: nullam Apulus distinctionem uult haberi, Iudei & Graeci. Omnes enim (inquit) peccauerunt, & egerunt gloria dei. ¶ Veritamen in sacerdotes sicut maius peccatum, ita & maius reddat iudicium. Iccirco praeter ceteris in eos inuenit distinctionem sermonis prophetici, cum protinus subiungit. **Quonia laqueus facti estis speculationi et rete expansum super Thabor, et uictimas declinastis in profundum.** ¶ His namque uerbis magnitudinem peccati illorum describit, quia sicut laqueis & retibus in saltibus & in montibus capiunt ferae ac uolucres, ita populari stultitia fabellis & doctrinae similibus ueritatibus glutinabant sacerdotes, ne recordentur domus Dauid & templi domini, quod erat in Hierosolymis, sed uitalis regis aureis, ceterisque seruiret simulachris: non tantum uerbis, agendo ne ire uellent, ueruetiam speculando & insidias ponendo, ne aliqui uolentes ire ualerent. Hoc est quod ait.

CAP. V.

Ro. 11.
Grauius iudicium in sacerdotibus malis

Mons Thabor

Exo. 20

¶ Quonia laqueus facti estis speculationi et rete expansum super Thabor, et uictimas declinastis in profundum. ¶ His namque uerbis magnitudinem peccati illorum describit, quia sicut laqueis & retibus in saltibus & in montibus capiunt ferae ac uolucres, ita populari stultitia fabellis & doctrinae similibus ueritatibus glutinabant sacerdotes, ne recordentur domus Dauid & templi domini, quod erat in Hierosolymis, sed uitalis regis aureis, ceterisque seruiret simulachris: non tantum uerbis, agendo ne ire uellent, ueruetiam speculando & insidias ponendo, ne aliqui uolentes ire ualerent. Hoc est quod ait. ¶ Quonia laqueus facti estis speculationi, Thabor autem mons est situs in caepetribus Galilaeae, rotundus atque sublimis, quem hic pro quouis monte ponit, quia uidelicet sicut in monte saluoso laquei, uel retia tendunt uel expandunt ad capiendum, ita subdola illorum consilia debebant & effectum habebant ad decipiendum. Quod autem ait, & uictimas declinastis in profundum, uehementer brutum redarguit talium dolositatem sacerdotum, quia cum deberent uictimas subleuare in caelum, seruido & sacrificando creatori, dimiserunt eas in profundum inferni, seruido & sacrificando creaturae auri & argenti, quorum fulgor oculos intuentium decepit, quia corda cupiditas corrumpit. Adhuc ne se de ignorantia excusent, sententiam infert maximam maximeque ualentem. **Et ego** (inquit) **eruditus** omnium eorum. ¶ Omnes enim erudierat, oibus in lege sua praedixerat, non habebis deos alienos coram

coram me. Nō facies tibi sculptile, neq; omnē similitudinē quæ est in cælo desup, & quæ in terra deorsum, nec eorū quæ sunt in aquis sub terra: non adorabis neq; coles ea. Ergo cū dicit: ego eruditor oim eorū, idē est ac si dicat: excusationē nō hñtes de peccatis suis: qā legē ego publicā dedi oibus, ne similitudinē sibi facerēt uitulorū, imō nec aliquorū ex oibus quæ in cælo & q̄ in terra & q̄ in mari sunt. His oibus iā dictis, cōtinuo q̄si propheta q̄rat, cur dixerit, princeps idolorū Efraim, dimitte eū: causam huiusce dimissiois reddit, & dicit. **E**go scio Efraim, & Israhel non est absconditus a me, quia nunc fornicatus est Efraim, contaminatus est Israhel. Non dabunt cogitationes suas ut reuertantur ad dominū deū suū, qz spūs fornicationis in medio eorū, & dominū non cognouerūt. **I**ccirco (ait) ego dico, dimitte eū, qā scio cogitationes eorū: qd̄ nō dabūt cogitationes suas ut reuertant ad dñm. ¶ Sciēdū hoc & in bonitate de dño sentiēdū, qd̄ neminē dimittat siue tradat, q̄ uerbo (ut s̄pe iā dictū est) utitur Aplus, nisi quē eē p̄cipit incorrigibilē, qā uidelicet, (ut idē Aplus ait) uult oēs hoies saluos fieri, si ipsi uelint, Sed forte hic obijcit quisq; Sodomitas, Tyrios atq; Sydonios, sciuit p̄nitentiā posse agere, & tñ dimisit eos. Ait em̄ ipse, Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, qā si in Tyro & Sydoe essent factæ uirtutes q̄ factæ sunt in uobis, olim i cilitio & cinere p̄nitentiā egissent, Et tu Capharnaū (ingr) nunq̄d usq; i cœlū exaltaberis? Vsq; in infernū descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in te, forte mansissent usq; in hanc diē. Quid igitur ad hæc dicēdū? Quare Tyrios Sydonios atq; Sodomitas dimisit, & suas in illis uirtutes nō fecit, si p̄ uirtutes factas poterāt reuocari, & dare cogitationes suas ut reuerterēt ad dominū? Nunquid iccirco, quia saluos illos noluit fieri, qui (ut ait Aplus) uult omnes homines saluos fieri? An quod uerius est, & p̄nitentiā in cilitio & cinere agere potuissent, & tamē nō dare cogitationes suas ut reuerterentur ad dominū? Diligenter nāq; animaduertēdū est, quia nō paria uel æquipollentia sunt hæc, p̄nitentiā agere, & reuerti ad dñm. Alioquin Achab regem Israhel impiū fateremur reuersum fuisse ad dñm, quia p̄nitentiā egit pro sanguine Naboth, quem occidit, quia dicente sibi Helia in sermone dñi. In loco hoc, in quo linxerūt canes sanguinē Naboth, lambēt & tuū sanguinē, scidit uestē suā, & operuit cilitio carnē suā: ieiunauitq; & dormiuit in sacco. Nū iste cogitationes suas dedit ut reuerteretur ad dñm? Nō utiq; quia & si pro sanguine Naboth p̄nitentiā egit: nō tamē a peccatis Hieroboā, id est à uitalis aureis nō recessit, imō & Baal, quem Iezabel induxerat, colere nō desuit. Egit nāq; p̄nitentiā, non ut æternum dei regnū consequeretur, sed ne tēporali regno Samariæ priuaretur. Recepit mercedē suā, mercedem p̄nitentiæ, qualem quærebat, ut uiuens regno nō careret, dicens dño ad Heliam. Quia igitur humiliatus est mei causa, nō inducam malū in diebus eius, sed in diebus filij sui inferā malū domui eius. Sic nimirū Sodomitæ, Sic Tyrii & Sydonij, si factæ fuissent in illis uirtutes, p̄nitentiā quidē egissent, uerūtāmē nō in ea intētionē uel fine, ut ad inuisibile regnū dei peruenirēt, sed ut in isto uisibili seculo, sicut ceteræ ciuitates, p̄manerēt, & in sua pace florerēt. Itaq; sciebat quidē dñs, q̄ p̄nitentiā agerēt si uirtutes in illis factæ essent, sed nihilominus sciebat, qd̄ cogitationes suas nō darēt ut reuerterēt ad dominū, atq; iccirco dū hæc de illis dicit, olim in cilitio & cinere p̄nitentiā egissent, nō cōsequitur, qd̄ illos saluos fieri noluerit: sed qd̄ de tali illoꝝ p̄nitentiā nō curauerit, q̄ nō fieret propter deū, regnūq; futurū, sed propter p̄sentē statū. Igitur qd̄ de isto dicit, ego scio Efraim, & Israhel nō est absconditus a me, quia nunc fornicatus est Efraim, contaminatus est Israhel, nō dabūt cogitationes suas ut reuertāt ad dominū. Propter qd̄ & dixerat, dimittite eum, siue unusquisq; nō iudicet, & nō arguatur uir. Hoc ipsum de omni homine sentien dū est tam Iudæo q̄ Græco quēcūq; deus derelinquit, uidelicet q̄ ipse sciat unūquēq; non solū qualis nūc sit, uerūtā qualiter in malo p̄seueraturus sit, nec daturus cogitationes suas ut reuertatur ad dominū, atq; iccirco derelinquit uel dimittit eū. Quia nūc (ingr) fornicatus ē Efraim, cōtaminatus est Israhel. Hoc scio de p̄senti siue de p̄terito, & nihilominus scio, nec absconditū est a me de futuro, quia nō dabūt cogitationes suas ut reuertātur, sed incorrigibiles permanebūt. Efraim Hieroboam dicit, qui de tribu fuit Efraim. Israhel autem dicitur, cum tribus, quæ cum illo recesserunt à domo Dauid. Et Efraim quidem, id est Hieroboā fornicatum, Israhel contaminatum esse dicit, quia uidelicet Hieroboā uitalos aureos fecit,

Solos incorrigibiles dimittis dñs. i. Timo. 2. Matth. 23.

Differūt P̄nitentiā agere & reuerti ad dominū, 3. Reg. 21.

Efraim, Hieroboam dicitur.

COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. II.

& populus secundū fauorē eius illos coluit. Quare non dabunt cogitationes suas ut reuertantur ad dominū? Quia spūs (ait) fornicationis in medio eorū, & dominū non cognouerunt. Magna & uehēmēs causa, quæ hoc satis efficere ualeat, ut nunq̄ in melius mutent cogitationes suas. Non dixit tantū quia spiritus fornicationis in medio eorū, sed addidit, & dominū non cognouerunt, p̄sertim de his qui scriptā legē acceperunt, atq; iccirco de ignorantia se excusare nō possunt. Quid (in q̄) est de talibus dixisse, dominū nō cognouerūt, nisi idē

Ro. 7. quod de gentilibus Ap̄tus ait, quia deū habere in notitia nō probauerūt? Itaq; nō cognouerunt, id est cognoscere noluerūt, uel cognoscētes cōtempserūt. Propterea spiritus fornicationis in medio eorum, propterea traditi sunt in reprobū sensum, quēadmodū & gētiles, ut facerēt ea quæ nō cōueniunt, ac perinde sic traditi, nō dabūt cogitatōes suas, ut reuertātur ad dominum, portātes iustum suæ damnatiōis iudicium. Et ut manifestius fiat quod ait, dominum nō cognouerūt idem esse ac si diceret, cognoscere noluerūt, uel cōtempserūt, atque propter hāc causā traditos fuisse illos, ut esset spūs fornicatiōis in medio eorū, cōtinuo sequitur. **L. Et respondebit arrogātia Israhel in faciem eius, & Israhel & Effraim rudent in iniquitate sua.** Arrogātia nāq; est elatio mētis uel spūs, quæ usq; in dei cōtemptū erigitur, ut eum nō cognoscat, id est cognoscere uel uenerari cōtemnat. Hæc arrogātia, in facie illius qui eiusmodi est tūc respondet, q̄n redditur ei qd dignū est. Quid est illud? Ait Ap̄tus de gētilibus. Et sicut nō probauerūt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobū sensum, ut faciāt ea q̄ nō cōueniūt. Ista redditio siue retributio mira & terribilis arrogātiæ responsio est, quā & hic propheta breuiter insinuat, dū p̄misso, & respōdebit arrogātia Israhel in facie eius, cōtinuo subiūgit. **L. Et Israhel & Effraim, rudent in iniquitate sua: ruet & etiam Judas cum eis.** His iā per ordinē transcurtis, nūc recolēdū atque replicādū est id qd iā plusq̄ semel diximus, scilicet Ap̄tm, cōmemoratis peccatis gētilium, uerissime simili, siue æquali culpæ subiectū inlasmisse Iudæū, dicēdo. Propter qd in excusabilis es d̄ hō oīs q̄ iudicas: in q̄ em̄ iudicas alteꝝ te ipsum cōdemnas, eadē em̄ agis q̄ iudicas. Et illā ueritatē apostolicā nullius scripturæ melius uel p̄optius q̄ huius prophetiæ testimonio cōfirmari posse. Sequitur. **L. In gregibus suis & in armentis suis vadent ad querēdū d̄m, & non inuenient, ablatus est eis.** Quod hic dicit in gregibus suis & in armentis uadēt ad querēdū d̄m, uidelicet Israhel & Iudas q̄ in iniquitate sua corruerūt. Hoc est qd sæpe dictus Ap̄tus ait de eis dē, q̄ (sicut hodie uidimus) tanq̄ rami de radice bonæ oliuæ, id est de fide patrū, fracti sunt & ceciderūt: Israhel uero sectādo iustitiā in legē iustitiæ non puenit. Quare? Quia nō ex fide, sed q̄si ex opibus. Offenderūt in lapidē offensōis. Et subinde. Ignorātes em̄ dei iustitiā & suā quærētes statuere, iustitiæ dei nō sunt subiecti. Iustitia illorū est, quā & statuere uolūt, in gregibus & armētis suis d̄m quærere, id est greges & armēta certatim sacrificare, dissimulando se audire quod ecōtra ille reclamat, dicēs in **Dau. uid.** Nō accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Et in **Esaia.** Quo mihi multitudinē uictimaz̄ uestraz̄, dicit d̄ns? Plenus sum, Holocausta arietū & adipē pinguiū, & sanguinē uitulorū & agnorū & hircorū nolui. Quis q̄siuit hæc de manibus uestris? Deniq; si recte p̄pendimus, pp̄lo ascēdēti ex Aegypto, ubi carnes immolare cōsueuerat, eiusmodi sacrificia nō tā iusta fuere q̄ p̄missa, testāte ipso, cū dicit in **Hieremia.** Holocausto mata uestra addite uictimis uestris, & comedite carnes, quia nō sum locutus cū patribus uestris & nō p̄cepi eis i die q̄ eduxi eos de terra Aegypti de uerbo holocaustomatū & uictimarū: sed hoc uerbū p̄cepi eis, dicēs. Audite uocē meā, & ero uobis deus, & uos eritis mihi pp̄tus & ambulāte i omni uia quā mādauī uobis: ut bñ sit uobis. Cū hæc ita sint, nimis (sicut ait hic) uadēt quidē in gregibus suis & in armētis suis ad q̄rēdū d̄m: sed fiet qd sequitur, & nō inueniēt eum, quia uidelicet offenderūt in lapidem offensōis & in petrā scādali, & pro taliū iustitia sacrificiorū decertātes ut illam statuāt, iustitiæ dei (quæ Chrūs est) nō sunt subiecti. Nō ergo inueniēt eum. Ablatus est eis, Quomodo ablatus est eis? Num quia de loco ad locum transiuit? Nō utiq; sed quia ipsi sunt excæcati & indignos se iudicantes æternæ uitæ, tali bono sunt exhæredati, & collatum est alijs. Nam loco illorum, qui cum essent naturales rami, propter incredulitatem fracti sunt & ceciderunt, hi qui erant uelut oleaster, inserti sunt in bonam oliuam, & fide stant, id est, illis non credentibus gentes crediderunt, quæ nō

Arrogantia.

Ro. 2.

Ro. 11.

Qualis iustitia Iudæorū.

Psal. 49.

Esa. 1.

Hiere. 7.

Iustitia dei Chrūs est.

quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, quæ ex fide est, & taliter dominus uel iustitia dei Christus ablatas est eis. ¶ Dicit quis, Quo ergo deuenit, uel quomodo impleta est ueritas in die illo pepigit dominus cū Abraham fœdus. Itemq; Et statuam (inquit) pactum meū inter me & te, & inter semen tuum in generationibus suis fœdere sempiterno, ut sim deus tuus & seminis tui post te. Ad hæc prouida prophetici spiritus sapientia dicit. **In domino prœuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt.** ¶ Et est sensus. Si de pacti ratione agitur, quod cū patribus eorum pepigit deus, & eius qui pepigit, ueritas requiritur: facile & ueraciter excusatur deus, quia pactū illud pepigit quidē deus, sed ipsi prœuaricati sunt, id est irritū fecerunt, sicut dictum est de illis ad prophetam Hieremiā: Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire uerba mea. Et hi ergo abierunt post deos alienos, ut seruirent eis. Irritū fecerunt domus Israel, & domus Iuda pactum meū quod pepigit cū patribus eorum. Vniuersos prœuaricationis modos breuiter exprimit dicendo, quia filios alienos genuerunt. Genuerunt (inquam) non tam carnali procreatione, q̄ spiritali seductione. Nec uero tantummodo filios alienos genuerunt, sed & ipsi genitores filij alieni exiterunt, id est filij quidē carnis, sed non tamen in semine reputandi uel æstimandi sunt. Non em̄ (inquit Apostolus) omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ, neq; quia semen sunt Abraham, omnes filij dei; sed in Isaac uocabitur tibi semen, id est non qui filij carnis hi filij dei; sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Ergo filios alienos genuerunt, id est tales facti sunt uel taliter suos instituerunt, ut de illis semen illud, de quo ad Abraham dictum est, & in semine tuo benedicentur omnes gentes, scilicet Christus ueraciter dicat. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni insurrexerūt aduersum me & claudicauerunt a semitis suis. Duris corde & incircumcisus auribus parum est hoc omnem malum, quod (sicut sermo propheticus comminatur) non debeant inuenire dominum, & quod ablatas sit ab eis, transeundo ad fidem gentium, nisi etiam præsens percillantur malis: qui præsens tantum bona diligunt. Sequitur ergo. **Nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis.** ¶ Ac si dicat. Non tantū illud de futuro præparatur eis malū æternum, quod non poterunt inuenire dominum, uerum etiam nūc in præsens auferetur eis bona transitoria, quæ sola diligunt, & inferentur mala temporalia, quæ sola metuūt, quæ sunt partes eorum, partes impiorum, nam ecōtra sanctus & iustus dicit. Portio mea in terra uiuentium. Cum partibus ergo suis, id est cum eis quæ sola diligunt temporalibus bonis, deuorabit eos mensis. Breue tempus, breuis dierū numerus est mensis, semperq; in motu, uel mutatione est: præsertim lunaris, qualem solum nouerāt ex lege, & commutabāt hi cōtra quos propheticus hic sermo dirigitur. Vnde quotiens in scriptura sacra decima uel decima quinta die mensis quippiam gestū uel gerendum legimus, sine dubio nihil aliud q̄ decimā uel decimā quintā lunā intelligimus. Porro, luna ipsa nunq̄ in eodem statu permanet, sed semper mutatur, & nunc quidē cremento proficit, donec plena sit: nunc autem decrementum luminis patitur, donec penitus extinguatur. Itaq; mensis hoc loco recte intelligitur temporalitas atq; mutabilitas mundi uel uitæ præsens, quæ nunc deuorabit eos inquit: quia nō solū mala æterna in futuro, sed mala quoq; præsens iam recipient in præsenti seculo tā Israel q̄ Iudas, Quod iam dudū adimpletū uidemus. Nā Israel ex tunc tenetur captiuus in terra Assyriorum: Iudæi uero, Babylonia quidē captiuitate post annos, lxx soluti sunt, sed post, Romanis agentibus, ceciderunt in ore gladij, & in omnes gentes capti ducti sunt, & partes suas, id est terrena, quæ sola quærebāt bona, perdidērūt, quæ noluerūt partē suā esse dñi. His diebus, protinus mira prophetici spūs acrimonia sic inclamat, deuorabit eos mensis. **Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, uululate in Bethauen.** ¶ Buccina ex cornu animantis recuruo fit, Tuba autē ex ære uel argento in lege fieri præcipitur, cōcrepatq; in bellis & in solennitatibus. Gabaa & Rama ciuitates sunt in tribu Benjamin sibi uicinæ. Hæc est Gabaa, in qua natus est Saul. Rama autem ipsa est quæ rex Israel conatus est occupare, sicut in Regum legitur, ut clauderet exitum & introitum tribui Iuda & Benjamin. Porro, Bethauen in tribu est Efraim, quæ ante uocata est Bethel. Quia igitur præmiserat superius decem tribuum & duarū captiuitatem

Ge. 15. 17

Iudæi fecerūt
pactū irritum

Hiere. 17.

Filij alieni.

Ro. 9

Ge. 22
Psal. 77. 13.

Psal. 74.

Mensis lunaris

Nu. 10

3. Re. 17

uitatem dicens, Nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis. Hortat eos qui iam instante uicina captiuitate ut resonent buccinis & tubis cohortantes se inuicem in communem luctum & est sensus, Nolite uestram captiuitatem humili uoce deflere, sed buccinis concrepate & tubis, ut omnes audiatur qui in circuitu sunt. Cui sensui bene congruit, quod Gabaa collis, Rama excelsa interpretatur. Dicitur ergo eis, Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, id est ascendite in montes & colles, celsaque uoce deflete imminentem uobis captiuitatem. Ululate etiam in Bethauen, ubi est unus ex aureis uitulis, pro quorum ueneratōe modo captiui tradentur habitatores eius. Et pulchre additur, **L** Post tergum tuum Benjamin. **V**bi enim tribus finitur Benjamin, non procul est hęc ciuitas condita in tribu Efraim, in posteriori scilicet parte ipsius Benjamin. Itaque cum de persona tertia in secundam profilit, dicitur, Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, ululate in Bethauen, post tergum tuum Benjamin. Mira elocutionis arte & rem deceter exornat, & instātem tumultū captiuitatis acriter exprimit. Nec moratus eodem spiritus impetu ad personam tertiā recurrit ac resilit, & dicit, **L** Efraim in desolatione erit in die correptionis. **S**upra dixerat, Ruet etiam Iudas cum eis, scilicet cum Israhel & Efraim: nunc autē de Iuda tacet & de Efraim, id est, de decē tribubus dicit, Efraim in desolatione erit, id est, sine cōsolatione erit in miseris captiuitatis. Et recte, non enim Iudas quoque tūc tēporis sine cōsolatione habebat esse captiuus in Babylone. Multas quippe cōsolationes habiturus erat, maxime per Danielis sociorum eius gloriosam sanctitatem: per quos sua magnalia deus Iudaeorum ostendit, ita ut possent in deo suo gloriari coram rege Babylonis, & deinde post annos. lxx. solutione captiuitatis erant consolandi. Eiusmodi cōsolationibus Israhel siue Efraim in terra Assyriorum captiuus caruit. Recte igitur (ut iam dictum est) Iudas hic prætermisus est, dū dicitur, Efraim in desolatione erit in die correptionis, id est, decē tribuum populus cōsolationē ex deo nō habebit in die uel tēpore, quod propter iniquitates suas hostibus traditus fuerit, quare iniquitatum maxime auctor extitit Efraim, id est Hieroboam ceterisque reges qui fuere de tribu Efraim. **¶** Cur ita discerni debuerunt, ut Israhel siue Efraim in desolatione esset, in loco alio diximus, quia uidelicet aliqui de regibus Iudae iusti fuerunt, ut Dauid, Ezechias, & Iosias, aliqui uero, & si peccauerunt, colendo deos alienos, cōuersi sunt & penitentiam egerunt, ut Manasses: & sub alijs quoque regibus suis populus Iuda reuersus est ad cultum dei. Regum autē Israhel, id est, decē tribuum, pro quibus cunctis hic ponitur Efraim, ex quibus reges illi fuere orti, nullus omnino ad penitentiam Hieroboam recessit, id est, ad uitulis aureis, quos ille fecit. Idcirco & paulo supra dominus dixerat, Ego scio Efraim, & Israhel nō est absconditus a me, nō dabit cogitationes suas ut reuertant ad dominum. Mox ne cui dubitare uacet de ueritate cōminantis, sequitur & dicit, **L** In tribubus Israhel ostendi fidem. **A**c si dicat, Quare nunquam hactenus promissi uel cōminatus sum Israhel, effectum habuerunt, & in omnibus me ostēdi ueracem. Ergo & de hoc sermone nemo sibi blandiat, tanquam sermo sit incertus, quia profecto sicut in ceteris, ita & in isto fidelis & uerax cōprobabor esse deus. Sequitur, **L** Facti sunt principes Iuda quasi assumētes terminum, super eos effundam quasi aquam iram meam. **C**alumniam patiens Efraim fractus iudicio, quoniam coepit abire post sordes. **H**oc quod nunc dicebamus, Iudam aliquoties suas terminasse iniquitates, Efraim uero prope tuasse scelus idolatriae, atque idcirco Iudae quidem captiuitatem debuisse terminari, Israhelis uero siue Efraim nō debuisse finire, uerbis presentibus placet intelligi, ac si dicat ueritas uel iustitia dei. Idcirco, ut in exordio prophetiae huius dixi, domui Iuda miserebor, quia facti sunt principes Iuda quasi assumētes terminum: et idcirco nō addam ultra misereri domui Israhel, quia coepit abire post sordes, & sicut iam dixi, nō dabit cogitationes suas ut assumat terminum, ut cesset ire, ut terminet ipsas sordes. Iuxta hunc sensum illud quod ait, super eos effundam quasi aquam iram meam, profecto magnam in ipsa iram sonat misericordiae memoriam. Etenim captiuitas Iudae fuit quidem ira peccatis debita, sed sicut aqua uisibilis mundare solet sordes corporeas, sic illa captiuitas eadem mundauit populi peccata, ut iam nō superesset in quibusdam, uidelicet in tribus pueris, quippe pia peccati, propter quod in Babylonia fornace laedi deberent eorum corpora. Igitur quod ait, facti sunt principes Iuda quasi assumētes terminum, sic intelligi libet, ac si diceret: uis suis pessimis terminum posuerunt, quod reges Israhel nō fecerunt, atque idcirco ira mea, id est, praesens captiuitas sic erit illis quasi aqua, id est proficiet ad emundationem peccatorum. **E**contra, Efraim calumniam patiens,

Reges Iuda
meliores regi-
bus Israhel.

Dan. 3

patiens, id est captiuus ductus ab Assur calumniāte illū, fractus est & cecidit iudicio, id est
 causa eius promerēte aliter de illo iudicatū est apud deū, ut non soluatur captiuitas eius, sed
 perpetuetur in terra Assyrioz. Quare? Quoniam cepit abire post sordes. Grauiſſime di-
 ctum, quoniam cepit abire post sordes, atq; subaudiendū est, sordescere non desinet, iuxta il-
 lud. Et qui in sordibus est, sordescat adhuc. Cū em̄ dicit, cepit, consummationē sordium
 nondū esse innuit, quamuis maximā sordes fuerint illi uituli aurei quos Hieroboam fecit,
 & ille Baal, quem Iezabel impia superinduxit. In illis iam sorduerat Iſrahel, erantq; magnæ
 sordes, & tamen non dixit, quoniam abiit, sed quoniam cepit abire post sordes: nimirū subin-
 telligi uolens, quia sicut ceperat, ita & in sordibus etiā perseueraret, neq; daret cogitationes
 suas, ut rediret, & earundē sordiu emundationem quæreret. Ad hæc subiungit. **L. Et ego**
quasi tinea Effraim, & quasi putredo domui Juda. Mira clemētia Effraim post sor-
 des quæ ueræ sunt sordes, abiit, ego autē, qui gloria eius esse poterā, quasi sordes, imō quasi
 tinea, & quasi putredo uisus sum illi, etenim erubuit me cū Gentibus confiteri, quasi leges
 meæ cōtempribiles sint. Exēpli gratia: Circūcisio signū fidei respicientis in illud semen qđ
 Abraham repromisi. Hæc & cætera sanctæ legis obsequia, quæ gentiū uicinarū gartuli-
 tas irridebat, secreta nesciens mysteria, sicut porci cōculcare solent margaritas, Effraim ob-
 seruare erubuit, ac perinde quasi tinea & quasi putredo reputatus sum illi, ut erubesceret cō-
 fiteri gloriā nominis mei, quæ admodū tinea capitis ab hoīe nimis uerecundo circūtegi so-
 let atq; operiri. **L. Et uidit Effraim languorem suum, & Juda uinculum suum, & abiit**
Effraim ad Assur, & misit ad regem ultorem, & ipse non poterit sanare uos, nec sol-
uere poterit uos a uinculo, quoniam ego quasi leena Effraim, & quasi catulus leo-
nis domui Juda. Ego ego capiam & uadam, tollam, & non est qui eruat. Gladens
reuertar ad locum meum, donec deficiatis, & queratis faciem meā. Mira male ui-
 dentis exprobratio. Effraim languorē suū, & Iudas uidit uinculū suū, atq; tā magnū ille suū
 languorē existimauit, & ille tā forte uinculū suū reputauit, ut nullatenus à deo: patrū suorū
 Abraham, Isaac, & Iacob curari posset aut solui, & iccirco ad Assur quasi ad fortiorē deo, cō-
 fugit, munera mittēs illi. Legi nāq; in libro Regū, quia sub rege Manahen, qui decē tribu-
 bus p̄fuit, Iſrahel Assyrijs dona transmisiit, ut eū à Damascenis hostibus liberaret. Iudas q; q̄
 sub rege Achas misit munera Teglah Falassar, ut eū liberaret de oppressiōe regis Damas-
 ci. Nimirū uterq; male uidit, & ille languorē suū, & iste uinculū suū: nā si bene uidissent, sci-
 rent id qđ sequitur: & ipse nō poterit sanare uos, nec soluere uinculū uestrū, imō conuertē-
 tur uobis in aduersarios, & tanq; in dei desertores facient ultionē. Vnde & signanter, cum
 dixisset, & misit ad regē, addidit ultorē, uehementer illius populi redarguens insipientiam,
 qui cū irato deo molitur sibi acquirere hominem auxiliatorē, incurrit eundē dei ultorē, qui
 desertores dei ducat in captiuitatē, tāq; deo iurauerit facere ultionē. Iccirco dicit. **Qm̄ ego**
qđ leena Effraim, & qđ catulus leonis domui Iuda, Et est sensus, licet prexerint ad Assur,
& munera miserint illi, ut illos liberaret: tñ sanare eos nō poterit, nec soluere uinculū capti-
uitatis eoz. Ostendā em̄, quod me aduersante uanū sit omne humanū cōsiliū, imō qđ irato
me, spes posita in hoīe, uertatur in contrariū, dū ab illis captiui ducentur, quos sibimet pas-
rauerāt habere refugiū: & quia uindex deus hoc egit, Deus (inquā) hoc agere consueuit, ut
ad quē confugit, ab eodē potissimū capiatur atq; elidatur is, qui à deo refugiens & recedēs
ad hoīem confugit, siue dæmonū in simulachris auxilia requirit. Veruntamē qđ protinus
ait. Ego ego capiam & uadā, tollā & nō est q̄ eruat. In bonā accipere partē pulcherrimū atq;
rationabile est. Nā postmodū ipsi q̄ à dño capiūtur, cuius utiq; captura bona est & salubris
taliter dicunt. Venite & reuertamur ad dñm, quia ipse cepit & sanabit nos. Igitur secundū
bonā captiuitatē, de q̄ & in psalmo scriptū est, ascēdisti in altū, cepisti captiuitatē, siue ascen-
dēs in altū, captiua duxit captiuitatē, locū p̄sentē p̄tractemus. ¶ Recitatis hæcenus pecca-
tis, & demonstrato, qđ deo propter eadē p̄ctā irato, saluare siue sanare nemo possit, tandē se
ipm̄ saluatorē uenturū ad sanādū eos, q̄ ad ipm̄ cōfugiūt, hoc mō repromittit. Ego ego ca-
piam: Ego (inq̄) quasi leena Effraim, & quasi catulus leonis domui Iuda, tādē capiam & uadā.
Capiam dicit, & qđ capiat nō exprimit. Verum (sicut iam dictum est) hī qui reuertuntur ad
dominū, reuertendo expriment quid capiat dum dicit, quia ipse cepit & sanabit nos.
 Ergo

Apo. 22
Sordes
Effraim

4. Re. 17. 36

Rex Assur, ul-
tor in deserto
res dei.

Infra, 6

Ego ego
capiam.

COMMENTA RYPER ABBA LIB II.

Ergo cū dicit: ego ego capiā, promittit se capere nos, capere naturam nostrā ut fiat homo, Proinde respiciamus cursum eius qui nos cepit, & tūc liquido perspiciemus cursum sermo- nis huiusmodi, qui taliter procurrit. Ego ego capiā, & uadā, tollā, & non est qui eruat. Va- dens, reuertar ad locū meū, donec deficiatis, & queratis faciē meā. In tribulatione sua ma- ne cōsurgent ad me, dicentes: Venite, reuertamur ad dñm, quia ipse cepit & sanabit nos, per- cutiet & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & uiuemus in conspectu eius, sciemus, sequemurq; ut cognoscamus dñm. Saluator noster Chrūs qui hęc loquitur, sic fecit. Cepit nos & abijt, quēadmodū dicit, ego ego capiā & uadā. Capiēs nanq; naturā nostrā, id est homo factus, transiuit ex hoc mūdo per passionē mortis. Vnde Ioh. 33 & eius Euangelista dicit: Sciens Iesus quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mūdo ad patrem. Itē: Sciens quia à deo exiuit, & ad deū uadit. Deinde cū taliter isset, tulit prædā inferni quēadmodū dixerat. Cū fortis armatus custodit atriū suū, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autē fortior illo superueniens uicerit eū, uniuersa arma eius aufert, in qbus confidebat, & spolia eius distribuit. Cū ergo dixisset, ego ego capiā & uadā, bene continuo subiunxit: tollā & non est qui eruat. Ac si dicat. Ego naturā hominis assumā, & ad mortis passionē uadā & electos meos, nemine ualente resistere, de inferni claustris eripiā, ego illa leæna, ego ille catulus leonis, quē longe ante Iacob patriarcha intuens, dixit: Catulus leonis Iuda, ad prædā fili mi ascendisti. Requiescens accubuiſti ut leo, & quasi leæna. His peractis, resurgens ex mortuis, abijt in cœlū unde uenerat, & sedet ad dexterā patris. Postq; ergo dixit, ego ego capiā & uadā, tollā, & non est qui eruat, bene cōtinuo subiunxit. L. Gladens reuertar ad locum meum. Locus quippe eius est illa sedes maiestatis, ille cōsensus dei patris, ubi captiua duxit captiuitatē quā cepit, ubi peregrinā collocauit naturā hois, cuius origo non cœlū, sed terra, cuius patria siue locus originalis nō altitudo cœloꝝ, sed pulueris exiguitas est. Ad illū locū reuersus, faciē suā ab illo populo, cui hęc scriptura loquitur, abscondit, donec plenitudo gentiū subintroeat, & sic omnis Iſrahel saluus fiat. Cū ergo dixisset, uadam & reuertar ad locū meū, bene continuo subiunxit. L. Donec deficiatis, & queratis faciem meam. L. Donec deficiatis inquit, illa nimirū defecione, qua illos nondū defecisse, Apłus gemens dicit: Ignorantes em̄ iustitiā dei, & suā querentes statuere, iustitiæ dei nō sunt subiecti. Finis em̄ legis Chrūs ad iustitiā omni credenti. Quod ergo dicit, donec deficiatis, & queratis faciē meā, idem est ac si dicat: Donec deficiatis uelle uestrā statuere iustitiā, & gloriari in operibus legis, & credatis in me, solā querentes iustitiā dei iustitiā fidei. His dictis, protinus de omnibus, tā Iudæis q̄ Gentilibus, quicūq; pœnitentiā acturi & in Chrm credi- turi, & per fidē eius erant iustificandi, idē ipse dicit. L. In tribulatione sua mane consur- gent ad me. L. Subauditur dicentes. L. Venite & reuertamur ad dominum, quia ipse ce- pit, & sanabit nos, percutiet & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Hoc fecisse, hoc dixisse primū Iudæos, deinde Gentiles, postq; iuit Chrūs & reuersus est in locū suū, id est postq; ascendit in cœlū, manifestū est. Dato em̄ spū sancto Apostolis, & loquente Petro ad populū, compuncti sunt corde & dixerūt ad eū & ad reliquos Apłos. Quid faciemus uiri fratres? Petrus uero ait ad illos. Pœnitentiā agite, & baptizatur unusquisq; uestrū. In illa tribulatione, id est in illa cōpunctione & pœniten- tiæ actione, cōsurrexerunt ad dñm, & consurgunt usq; hodie mane, id est transacta & de- pulsa infidelitatis nocte, ab actis tenebris ignorantia. Ita cōsurgentes, dicūt: uenite & reuertamur ad dñm. Prædicant em̄ alijs Christū qui illū cognouerūt, nec sua tantū cōtenti salu- te, alijs quoq; ut saluentur, uerbū salutis prædicare satagunt. Quod est illud uerbū? Quia ipse (inquit) cepit & sanabit nos, percutiet & curabit nos. Magnificētius atq; breuius uerbū salutis huius edici nō potest. Totus, qui cōuersionis ad Christū, & Christianæ fidei fructus est, his paucis uerbis cōprehensus est: scilicet utraq; resurrectio, qua resurgimus per Chrm prima animæ, secunda corpore. Cū em̄ dicit, quia ipse cepit & sanabit nos, sensus iste est, Quia ipse nostrā naturā suscepit, & à peccatis nostris saluos faciet nos, secundū nomen suū quod est Iesus, id est saluator. Quamuis autē nos credentes, & in noie suo baptizatos iam sa- nauerit, adhuc tamē percutiet, & deinde curabit nos, id est sententiā mortis huius corporis de qua dixit, quia puluis es & in puluerē reuerteris, super nos dimisit & ita fiet, sed deinde curabit.

Ro. 9. 30

Ioh. 33

Lu. 11.

Gen. 49

Ro. 10

CAP. VI.

Ad. 2

Duplex re-
surrectio.

Ge.